

(n. 987. 988), GOUGH (n. 981). Hoc saeculo Thomas (n. 1003) et Iohannes HODGSON (n. 980. 998. 1010. 1011. 1013. 1014. 1015. 1019. 1020), BELL (n. 980. 982. 984. 989. 1004. 1011. 1014. 1015. 1019), SURRIDGE (n. 1003) aliquot, omnium plurimos hic quoque BRUCE congressit (scilicet numero duodetriginta), quorum ego eos vidi, qui per Cottonem ad *Conington* et deinde Cantabrigiam, item qui in musea Aelianense delati sunt non pauci per Ricardum Shanks, loci quondam dominum, et Alnvincense. Ibi enim in splendida *Percy* gentis sede is Northumbriae dux, cuius saepe iam de antiquitatibus Britannicis merita praedicavimus, praeter antiquitates ex variis regionibus longinquis collectas, veluti Aegyptiacas, etiam ex vicinia res Romanas conquisivit atque in turri quadam castelli collocavit titulos non paucos tam Habitancienses et Bremanienses

quam ex variis valli Hadriani stationibus oriundos. Catalogus eius syllogae iustus quantum scio nondum prodiit; antiquiores certe castelli Alnvincensis descriptiones, quas vidi (impressas illas a. 1800 et 1822) eius meminisse non potuerunt, quoniam tum nondum extabat. Sed titulos ibi servatos et a SMITHIO et BRUCIO iam editos plerosque examinare mihi licuit summa cum libertate, cum per diem unum inter castelli hospites frequentes hospitalitatem consolitam expertus sum autumno a. 1866.

Addidi, cum alius locus ubi recenserentur aptus non in promptu esset, lapides duos (n. 1027. 1028) aut ad vallum Hadriani pertinentes aut ad castra quaedam prope viam *Wallingstreet* sita nobisque ignota, utpote detectos in locis quibusdam ab vallo versus septentriones sitis inter *Newcastle* fere et *Morpeth*.

980 *Risingham*, rep. a. 1838. Ara alta ped. 2 dig. 4, lata ped. 1 dig. 2. Servatur in *Newcastle* in museo, litteris bonis.

DIS · CVLTO
RIBVS · HVIVS
LOCI ◊ IVL ◊
VICTOR · TRB

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 439 cui dedit A. Trevelyan; I. Bell *Archaeol. Ael.* 3, 1848 p. 155 in tab. fig. 6; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 260, *caial.* p. 40, 129, *wall* p. 409.

1. 2 CVSTODIBVS Hodgs. errore; nam clare legitur quod dedi, quanquam mirum est. 2 HVN Bell, HVIVC Brucii tabula. s non integra apparet in lapide, sed certa est.

Iulius Victor redit infra n. 988. 994.

Dis cultoribus huius loci Iul(ius) Victor trib(unus)

981 Inter *Risinghamenses* BAINBR. Effossa *Risinghamiae* GRUT. Iscae (*Caerleon*) WOODF. male.

DEAE
DIANAE SA
CRV · AEL ·
TIMO · P ·
5 V · S · I · L · M

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 311 (Grut. 1179, 7 'a Cottono'); Goughs *Camden* 3 p. 118 ex schedis Woodfordi.

5 V · S · T · L · M traditur.

V. 4 in fine nisi infra *voto soluto* aut *votum solvens* explicas, P *praefecti* nota est; si aliquid excidit poterit etiam cogitari de P · P, p(*rimi*) p(*ilaris*). Cf. n. 983.

Deae Dianae sacru Ael(ius) Timo p(osuit)? v(otum) s(olvens) [(i)bens] l(aetus) m(erito)

Cf. *Ael(ia?) Timothea* . . . p. n. 999.

982 *Risingham*, ara cum basi rep. a. 1843 intra parietinas stationis (*in the south east corner*). Servatur in *Newcastle* in museo; ara alta est ped. 3 dig. 3, lata ped. 1 dig. 8. Basis lata ped. 3, alta dig. 8 imposita erat structurae e lapidibus quadratis factae, ita ut ara cum basi a solo altae fuerint ped. 6. In superficie basis anteriore media focus est, alter in arae capite.

in ara:
FORTVNAE
SACRVM ◊ C ◊
urceus VALERIVS *patera*
LONGINVS
5 ◊ TRIB ◊

in basi:
FORTVNAE SACRVM G
VAL ◊ LONGINVS TRB

Contuli. I. Bell *Archaeol. Ael.* 3, 1844 p. 153 in tab. fig. 4a; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 245, *caial.* p. 25, *wall* p. 391.

In basis v. 1 in fine ego c illud non vidi, sed puto recte Brucium exhibere, cum Bell c habeat.

983 *Risingham*, ara non integra. Videtur perisse, nam Horsleius frustra eam quaesivit.

FORTVNAE
AVG
AEL
PROCVLINA
5 V · S

Chr. Hunter *philos. transact.* 43, 1744 p. 159 tab. 2 fig. 4 (inde Donat. 45, 5; Saxius miss. 2 p. 244; Orell. 1741) qui ipse repperit in loco; Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 240; ex hoc Goughs *Camden* 3 p. 507).

1 FORTVN Warb. 3 AET Hunt., qui solvit *aet(ernae)*, vix probabiliter. 4 PROCVLIN Warb. Cf. n. 981.

984 *Risingham*, rep. una cum n. 982 et servata in *Newcastle* in museo. Ara alta ped. 2 dig. 11, lata ped. 1 dig. 7.

FORTVNAE · REDVC
securis IVLIVS · SEVERINVS *patera*
cutter TRIB · EXPLICITO ◊ *praeferi-*
BALINEO ◊ V · S · L · M *culum*

Contuli. I. Bell *Archaeol. Ael.* 3, 1844 p. 153 in tab. fig. 2; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 258, *caial.* p. 38, 126, *wall* p. 335.

985 Inter *Risinghamenses* BAINBR. Effossa a. 1603 GRUT. *Now standing instead of a gatepost in the side of what was once the south gate of the station, but is now used as a gate for the field, . . . turned upside down, so that the capital was hid in the ground; litteris paene evanidis* HORSL.

HERCV
LI · IVL
PAVLLVS
TRIB
5 V · S

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 311 (Grut. 1179, 6 'a Cottono'); *Camden* ed. VI (1607) p. 662 qui descriptam accepit a Cottono; Horsley p. 236 *Northumb.* 83 (inde Warburton vallum p. 139, 83; Goughs *Camden* 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178).

4 excidit apud Gruterum. Cf. n. 1007.

986 *Risingham*; ara magna litteris bonis, a Cottono ad *Conington* et deinde Cantabrigiam asportata, ubi servatur.

DEO · INVICTO
bos HERCVLI · SACR *patera*
taeniis L · AEMIL · SALVANVS *vitta*
ornatus TRB · COH · I · VANGI
5 V · S · L · M

Contuli. *Camden* Brit. ed. VI p. 663 cui descripsit Cotton; Horsley p. 235 *Northumb.* 81 (inde Goughs *Camden* 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178; Newton p. 116, 102; Henzen 6765); Henzen *Bonn. Jahrb.* 13, 1848 p. 86 ex schedis Lesliei; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221 ss.; *wall* p. 338.

5 V · S · P · M *Camd.*, Horsl., quod is solvit *votum solvens posuit merito*. Sed L Brucio et mihi certa visa est.

Deo invicto Herculi sacr(um). L. Aemil(ius) Salvianus trib(unus) coh(ortis) I Vangi(onum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Tribunus idem redit infra n. 1003.